

1676
Xa
1343P

X 200 3644

SANCTUM
THORI MARITALIS
BARBYICO-BRANDIÆ-
LINDOVICI.

A. Æ. G.

cl̄o l̄o c LXXVI.

1853/49 2821

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

A. d. Bibliothek
des Thüring.-Sächs.
Geschichtsvereins.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SMLE)





Ancta Deo mundi demens senten-
tia damnat

[Damnata at injustè] fœdera Con-
nubii.

Est opus omne bonum, temerè ne
Carpe, quod illa

Mens statuit sapiens, ordinat illa manus.

Facta Dei primùm dum fulget imagine totâ

Juncta fuit primo Prima puella Viro.

Jungite concordēs, mansura in fœdera, dextros;

Pectora nectat amor *Pronubus Auctor* ait

Continuo Paribus succendens Pectora flammis,

Carne duos, unum mentibus, esse facit.

Namq; nec auspicio vacui nec dote locantur

Dote *Vir* excellens omine *Sponsa* potens.

Hinc Possessa tenent spaciøsæ munera terræ,

Quodq; secat tractus aëris omne genus.

Insuper Oceani fundo quod ludit & alto

Pascua & assuetos carpere læta greges.

Hinc alia in tantos sua munera sufficit usus

Conjunctos stabili fœdere Prole beat.

Civibus hæc urbeis, agros Cultoribus implet

Ex uno cretis sanguine terra scater.

Hinc chorus ille Patrum, Sancti longo ordine Vates

Et castæ viduæ Virgineumq; decus.

Claraq; martyriis quondam, numerosa propago,

Quæ jam cunq; domo gaudet in æthereâ.

Ne te Poeniteat, fato quod, Sponse, secundo

Ducitur in thalamum *Sponsa* pudica tuum.

Digna tuo genere est, tecto, mensaq; toroq;

Te quoq; se dignum diligit illa virum.

Dum roseis Vultumq; genis, & frontis honoræ

Mente notans apicem, cernere gaudet amans;

Quis

Queis animum studiis cultum virtutibus ornes,
 In Partemq; suam Præmia parta putat.
 Ipsa & præsigni cultu, studioq; placendi,
 Assistit lateri Nympha decora tuo.
 Coccineis implexa comas auroq; fluentis,
 Exornat medium Pulchra corona caput
 Unio Colla nitens præcingit lactea circum
 Densus, & effulgens pectore gemma decet,
 Cætera diducti sunt auri stamina vestis,
 Cui Phrygia insperit serica fila manus.
 At facies cultum superat, cui lacteus humor
 Confundit roseas binaq; labra genas.
 Quid castis referam vibrantia lumina flammis
 Insolitum totâ fronte vigere decus
 Pulchrior est animi virtus, quem dulcis honesti
 Gloria commendat, lausq; pudicitia:
 Et pietatis amor simplex, Studiumq; juvandi,
 Quisquis in adversis poscit egenus opem.
 Dotibus his locuples, istis virtutibus, uxor
 Ibit in amplexus, Vir Generose, tuos,
 Hæc consorte tori felice propagine stirpis,
 Atq; auctis opibus ritè beatus eris,
 Hæc ærumnarum (si quos fors aspera mittet)
 Partem humeris tollens dimidiabit onus.
 Commoda dumq; domus curæ dispendia tollit,
 Jugiter optatæ causa quietis erit,
 Haud metuas, ne vana ferant hæc gaudia venti,
 Certa loquor, facit hæc Omina certa Deus.
 Jungite concordēs, mansura in foedera dextros,
 Jungite jò dextros, Pronubus Autor ait.
 Vincula firmari dudum constantis amoris,
 Corpore quo gemino mens tamen una fiet.
 Non hæc suspicio lites, fastidia, solvent,
 Ambos ad senium provehet unus amor.
 Et pia successu prævertent vota secundo
 Fata, nec in cassum cedere vota sinam.
 Clausula felicitis tandem successerit ævi,
 In cœlum constans nomina fama feret.
 Ipsi inter procures Cœli sanctumq; senatum
 Ore ferent lato Carmina grata mihi.

Fiat fiat! sia ore & mente doveo

J. K. E. D. E. C.

FK Ka 73731

TORUS

QUUM

IPSO NUPTIARUM DIE FESTIVO

INITIARETUR

PARI SIBI SIMILI

h. e.

VIRTUTE non minus, quam SANGVINE

Generose NOBILISSIMO,

DOMI, QUÆ EST LOBURGI, SUÆ,

III. JD: QVINTIL;

SERVESTÆ,

Typis JOH. ERN. BEZEL.

h. e. 1747



Xa
1343P

X 200 3644

SAN

THORI

BARBY

LINE

DIE-



BIBLIOTHECA
PONIUKAVIANA

A. d. Bibliothek
des Thüring.-Sächs.
Geschichtsvereins.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

